

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 Vtrum confessio sit necessaria ad salutem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

quid corum, puta, ad hoc quod est Deum esse, nō propter hoc tollitur, uel diminuitur meritū fidei.

A D S E C U N D U M dicendum, quod rationes, quae inducunt ad authoritatem fidei, non sunt demonstrationes, quae in visionem intelligibilem intellectum humanum reducere possunt: & ideo non definit esse non apparentia, sed remouent impedimenta fidei, ostendendo non esse impossibile, quod in fide proponitur: unde per tales rationes non diminuitur meritum fidei, nec ratio fidei, sed rationes demonstratiæ inducunt ad ea, q̄ sunt fidei præambula, non tamen ad articulos: & si diminuant rationem fidei, quia faciunt esse apparēs id, quod proponitur, non tamen diminuant rationem charitatis, per quam uoluntas est prompta ad ea credendum, etiam si non apparet: & ideo non diminuitur ratio meriti.

A D T E R T I U M dicendum, quod ea que reputant fidei sive in consideratione hominis, sive in exteriori perfecione, intantum augent meritum fidei, in quantum ostenditur uoluntas magis propria, & firmam fidei. Et iō etiam martyres maius fidei meritū habuerunt, non recedentes a fide de proper perfectiones. Et è sapientes maius meritum fidei habent, non recedentes a fide propter rationes philosophorum, uel hæretorum contra fidē inducendas: fidei, quæ conuenient fidei, non semper diminuant promptitudinem uoluntatis ad credēdum, & ideo nō semper diminuant meritum fidei.

Q V A E S T O R I I I .

De exteriori actu fidei, in duos articulos divisâ.

DEINDE considerandum est de exteriori fidei actu, qui est confessio.

E T C I R C A hoc queruntur duo.

Primo, Vtrum confessio sit actus fidei.

Secundò, Vtrum confessio fidei sit necessaria ad salutem.

A R T I C U L U S P R I M U S.

Vtrum confessio sit actus fidei.

A D P R I M U M sic proceditur. Videtur, q̄ confessio non sit actus fidei. Non enim id est actus pertinet ad diueras virtutes: sed confessio pertinet ad poenitentiam, cuius ponitur pars, ergo non est actus fidei.

¶ 2. Præt. Ad hoc, quod homo confiteatur fidē, retribuit interdum per timorē, uel etiam propter aliquam confessionem. Vnde & Apostolus ad Ephes. ult. petit orari pro se, ut derit sibi cū fiducia notum facere mysterium Euangeli: sed non rece deta bono propter confessionem, uel timorem punita fortitudinē, quæ moderatur audacias, & timores: ergo uidetur quod confessio non sit actus fidei, sed magis fortitudinis, vel constantie.

¶ 3. Præt. Sicut per fidei feruorem inducunt aliquis ad confitendum fidē exterius, ita etiam inducunt ad exteriora bona opera facienda. dñ. n. Gal. 5. quod fides per dilectionem operatur: sed alia exteriora opā ponunt actus fidei, ergo èt neq; confessio.

S E D C O N T R A est, quod 2. ad Theſi. i. super illud, Et opus fidei in uirtute, dicit* Glo. id est Confessionem, quæ proprie est opus fidei.

R E S P O N D E O. Dicendum, q̄ actus exteriore illius uirtutis propriè sunt actus, ad cuius fines fīm

A suas species reseruntur: sicut ieiunare secundum suam speciem refertur ad finem abstinentiæ, quæ est compescere carnem: & ideo est actus abstinen tie. Confessio autem eorum, quæ sunt fidei, secundum suam speciem ordinatur sicut ad finē ad id, quod est fidei, secundum illud 2. ad Cor. 4. Habentes eundem sp̄itū fidei, credimus, propter quod & loquimur. Exterior enim locutio ordinatur ad significandum id, quod in corde concipitur: unde sicut conceptus interior eorum, quæ sunt fidei, est proprii fidei actus, ita etiā & exterior confessio.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod triplex est confessio, quæ in scripturis laudatur. Una est confessio eorum, quæ sunt fidei: & ista est proprius actus fidei, utpote relata ad fidei finem, sicut * dicitur etiā. Alia est confessio gratiarum actionis, si uel laudis: & ista est actus latræ. Ordinatur enim ad honorem Deo exterius exhibendum, quod est finis latræ. Tertia est confessio peccatorum: & hæc ordinatur ad deletionem peccati, quæ est finis poenitentie, unde pertinet ad poenitentiam.

A D S E C U N D U M dicendum, quod remouens prohibens non est causa per se, sed per accidens, ut patet per *Philosophum in 8. Physi. Vnde fortitudo, quæ remouet impedimentum confessio nis fidei, scilicet timorem, uel erubescientiam, non est propria, & per se causa confessionis, sed quasi per accidens.

A D T E R T I U M dicendum, quod fides interior mediante dilectione causat omnes exteriore actus uirtutum mediantibus aliis uirtutibus, impe rando, non eliciendo: sed confessionem producit tanq; proprium actum nulla alia uirtute mediante.

A R T I C U L U S I I .

Super questionis terciae articulam secundum.

Vtrum confessio fidei sit necessaria ad salutem.

A D S E C U N D U M sic proceditur. Videtur q̄ confessio fidei, non sit necessaria ad salutem. Illud enim uidetur ad salutem sufficere, per quod hō attingit finem uirtutis: sed finis proprius fidei est coiunctio humana mētis ad ueritatem diuinam, quod pōt̄ est esse sine exteriori confessione. ergo confessio fidei nō est necessaria ad salutē.

¶ 2. Præt. Per exteriorem confessio nē fidei homo fidem suā alii nominis patet: sed hoc nō est necessarium nisi illis, qui habēt alios in fide instruere. ergo uidetur, quod minores non tenē tur ad fidei confessionem.

¶ 3. Præt. Illud quod pōt̄ uergere in scandalum, & perturbationem aliorum, nō est necessarium ad salutem. Dicit. n. Apostolus primē ad Corinth. 10. Sine offensione estote iudeis, & Gentili, & ecclesie Dei: sed per confessionem fidei quandoque ad perturbationem infideles, puocantur. ergo confessio fidei nō est necessaria ad salutem.

S E D C O N T R A est, qđ Apo-

In corp. ar.

L. S. Physic.
tex. 32. 10. a

I N quaestione tercia, omisso primo articulo, circa secundum articulum dubium occurrit, An licet fideli in terris infidelium omittere signum a Christianis solitum deferriri, uel velut mutare: ne cognitus Christianus occidatur. Et est ratio dubii, quia quod licet, patet ex eo, quod licet est clericis nutrire comam: ut tutius Romanum ueniat, non cognitus clericus, sed laicus reputatus: ergo a simili.

¶ In oppositum est litera huius articuli dicens, Quod si quis taciturnitate putaretur, quod non haberet fidem, transgreffor estet præceptum confessionis fidei. Taceret autem uero, uel alio signo, ut ualente, euidenter est rōnis. ergo &c.

¶ Ad hoc dicunt, q̄ aliud est occultare propriam fidem, & aliud profiteri alienam fidem, siue accidat

QVAEST. III.

ARTIC. II.

Eldat utrumque uestro, sive alio signo. Et profiteri alienam fidem nullo pacto licet: & propterea ficit mortaliter peccare, si quis dicere se esse Iudeum, aut Mahometanum: ita mortaliter peccaret, si veretur ueste, aut birrete, aut quocunque alio signo proprio Iudeus in illa patria, aut proprio Mahometanis. Verbi gratia.

Si quis in terra Soldani uesteretur tablia alba, in capite, quae ibi est propria Mahometanis: aut si quis in his partibus interieurum signo, quo distinguitur Iudei. Occultare autem propriam fidem non est ex suo genere malum, sed potest bene, & male fieri. Bene quidem, tempore quo non tenetur homo confiteri. Male autem, quando homo tenetur confiteri sua fidem. Vnde beatus Sebastianus quodam tempore occulte fuit Christianus, & quodam deinde tempore manifestavit fidem suam. Nolle ergo se cognosci Christianum, quandoque licet est, & quandoque illicitum, ut in litera dicitur. Ex qua habetur, quod tunc est illicitum, quando occultatio auferret debitum Deo honorem, aut proximis impendendam utilitatem. Et quia in proposito cali, proximi non subtrahit utilitatem aliquam supponit, tota difficultas restat, an Deo subtrahatur ex hoc debitum honor. Apparet enim quod sic, quia signum sicutum Christianorum omittit, ac per hoc facit id, per quod creditur non habere fidem Christi. Secundum uestitatem autem distinguendum est, Quod si est aliqui lex, aut confuetudo in viridi obleruaria ad omnibus tam habitibus, quam transeuntibus, vel aduentibus Christianis, aliqua certa ueste aut signo cero ad professionem sua fidei ut mandans, non uestis tali signo, ut ignotus Christianus non occidatur, peccat mortaliter: quoniam in tunc est locus, & tempus confitenda fidei, quando interrogatur quis de sua fide, ut in litera dicitur, ita quod si credendo creditur non Christianus, subtrahit Deo debitum tunc ibi honorem. In calu autem proposito plus quam interrogatio interuenit, dum exigit a lege, ut confuetudine talis fidei manifestatio. Nec obstat, si lex sit tyranno factaque non exactus tyrannice de propria fide manifestanda, teneat Christianus propriam manifestare fidem, ut Deo debitum reddat honorem. Si autem non sit lex, neque confuetudo, aut non seruatur ab omnibus, sed a multis seruatur, & a multis non seruatur: tunc potest licet omittere tale signum, ut saluer sibi vitam corporalem, quia tunc fuit relinquitur arbitrio, aut manifestare uelit propriam fidem. Et sicut non tenetur tunc uestibulo dicere se Christianum, ita nec alio signo. Similiter si lex, aut confuetudo sit nota ad professionem fidei ordinata, sed ad politicum bonum, uerum, vel affirmatum, putat prouisionem, vel uitationem eorum, aut ad cauendum ab eis, aut aliquid huiusmodi, ut contingit Iudeis inter Christianos, ubi oportet eos signo aliquo discerni non ad professionem sua fidei, sed ut cognoscantur, & caueat possimus ab eis, & in quandam

stolus dicit ad Roma. 10. Corpus creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.

R E S P O N S U M Dicendum, quia quae sunt necessaria ad salutem, cadunt sub praecipto diuinæ legis. Confessio autem fidei, cum sit quoddam affirmatum, non potest cadere nisi sub praecipto affirmativo.

GVnde eodem modo est de necessariis ad salutem, quomodo potest cadere sub praecipto affirmativo diuinæ legis. Praecipta autem affirmativa, ut supra dictum est, non obligant ad semper, & si semper obligant: obligant autem pro loco, & tempore secundum alias circumstantias debitas, secundum quas oportet actum humanum sumitari ad hoc, quod sit actus uirtutis. Sie ergo confiteri fidem, non semper, neque in quelibet loco est de necessitate salutis: sed in aliquo loco, & tempore, quando scilicet perdimitiō nem huius confessionis subtraheret honor debitus Deo, & etiam utilitas proximis impendenda aperte, si aliquis interrogatus de fide, taceret, & ex hoc crederetur uel quod non haberet fidem, uel quod fides non esset uera, uel alij per eius taciturnitatem auerterentur a fide. In huiusmodi enim casibus confessionis fidei est de necessitate salutis.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod a finis fidei, sicut & aliarū peccatorum, sed non utendo signo eleborum, huiusmodi: propter salutem in via vitam, certe seruazione legis: quia lex positiva, non obligat in omnibus, sed regulariter. Vnde etiam in missa signa ita non inducunt transgredionem regis temproposito, si lex, aut confuetudo feruatur, catus est necessitatis, ut si uita quia prouincia fidem.

In responsione ad primum cuiuslibet secundum occurrit Novitiorum, quoniam o finis fidei remanet charitatis, cum fidei finis, & obiectum idem, nisi charitatis. Deus scilicet, nuncquid Deus in Deo, datus est.

Ad hoc dicitur, quod ut superius patet, fidei finis,

F etiam eorum poenam, licetum est ad fauandum ad tempus tali signo, vel veste, quoniam haec nostra ligant, sicut carcer, similes leges, & consuetudines. Et huiusmodi omisso non spectat ad omisso fidei simpliciter, & directe, sed ex consequence.

virtutum, referri debet ad fine, charitatis, qui est amor Dei, & proximi. Et ideo quando honor Dei, et utilitas proximi hoc expicit, non debet esse contentus homo, ut per fidem suam ipsi veritati diuinae coniungatur, sed debet fidem exterius confiteri.

A D S E C U N D U M Dicendum, quod in casu necessitatis, ubi fides periclitatur, quilibet tenetur fidem suam aliis propalare, vel ad instructionem aliorum fidelium, sive confirmationem, vel ad reprimendum infidelium in sultaneum: sed alii temporibus instruere homines fidei, non pertinet omnes fides.

HA D T E R T U M Dicendum, quod si turbatio infidelium oritur de confessione fidei manifesta ab aliquo aliqua utilitate fidei, vel fidelium, non est laudabile in tali casu fidem publice osteneri. Vnde Dominus dicit Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus, neque margaritas vestras spargere ante porcos, ne conuersi dirumpant vos: sed si utilitas fidei aliqua speretur, aut necessitas adit, contemplatur batione fidelium debet homo publice fidem confiteri. Vnde Matthæi de cimoquinto dicitur, quod cum discipuli dixissent Domino, quod Pharisei audito eius verbo, scandalizati sunt, Dominus respondit. Simile illos, scilicet turbari: cœci sunt, & duces cœcorum.

Ipeccatorum, sed non utendo signo eleborum, huiusmodi: propter salutem in via vitam, certe seruazione legis: quia lex positiva, non obligat in omnibus, sed regulariter. Vnde etiam in missa signa ita non inducunt transgredionem regis temproposito, si lex, aut confuetudo feruatur, catus est necessitatis, ut si uita quia prouincia fidem.

In responsione ad primum cuiuslibet secundum occurrit Novitiorum, quoniam o finis fidei remanet charitatis, cum fidei finis, & obiectum idem, nisi charitatis. Deus scilicet, nuncquid Deus in Deo, datus est.

Ad hoc dicitur, quod ut superius patet, fidei finis, & adepto seu posse fidei rei. In proposito de fini ut res: sic enim est Deus uirilis, finis, & uisus rei: & sic in litera dicitur, quod communis nosire per fidem ad Deum, que confitentur.

do ipsum, referenda est ad connate mentem, utram per charitatem ad Deum quadratur, referenda est ad velle bonum, puto norem, gloriam, amicos & ipsi Deo, in quo confitit communio charitatis.